Copia Fundationis Altaris S: Crucis pro Ordinario Concionatore Cathedr: Viln:
a Illustrissimo ac Reverendissimo Valeriano Eppo Viln: in Bonis Borodicze.

In Nne Dni Amen. Quoniam gesta hominum facile oblivionis obducuntur caligine nisi Lit
terarum monumentis ac ministerio posteritati commendata fuerint, Notitiæ
perpetuam proinde rei memoriam Ingtum sit quibus expedit Universis et Singulis
1 præsentibus et futuris harum Literarum notitiam habituris. Quia Nos Valerianus
Dei gratia Epps Viln: cultum divinum quantum à Nobis fieri possit adaugere, et
per id saluti animæ nostræ consulere; ac pro terrenis cœlestia consequi cupi
entes Altare in honorem Dei omnipotentis sub titulo S. Crucis in Eccla Cathedr.
Nostra Viln: in medio templi ipsius denuo erigendum, fundandum et dotandum
duximus ac per præsentes erigimus fundamus et dotamus. Inprimis videlicet bona
nostra acquisita intra fines Magni Ducatus inter Kobryn et Bezdzieza à Gen:
olim Dno Stanislao, Nicolao Liszayt Majestatis Regiæ Sigillatore procerta
pecunia summa per nos empta integre ac pacifice possessa Territorium
videlicet Borodicze cum villis eius Nessedewiczy, Torokanye, Czermiechowiczy,
Symonowiczy Broszewiczy Lytowskoye, et omnibus villarum earum incolis
colonis, Cmetonibus servitiis recensitis tributariis eorumque servitiis censibus,
tributis pecuniæ mellis, avenæ, et quibusvis annuis redditibus omnibusque bonorum
prædictorum fundis terris agris pratis campis sylvis nemoribus venationibus
aucupiis, fluviis, fluminibus, lacubus stagnis, piscinis, piscaturis molendinis, et
quibuscunque fructibus utilitatibus obventionibus præsentibus ac in futurum accura
tione industria humanâ adinveniendis ac omnibus pertinentiis quibuscunque
nuncupentur Nominibus omnique jure jurisdictione dominio ac proprietate, nihil
eorum pro nobis nec propinquis consanguineis seu affinibus Nostris reservan
do. Ita late longe et circumferentialiter prout Antiquitus in suis limitibus ex
tenduntur, integre totaliter perpetuo ac in ævum possidenda ad Altare prædictum
in manus tamen ac in possessionem Vener: Capituli Eccla Nostræ prædictæ Vilnensis
Consensu Serenissimi et Christianissimi Dni Nostri Regis et Maiestatis speciali ac ex
presso desuper accedente, Dedimus concessimus, ac per præsentes damus concedimus
et inscribimus ac omne jus nostrum in Dnos Capitulares Fratres Nostros in
Xto dilectos à nobis transferimus ac transfundimus, unà cum jure Patronatus
et præsentandi Altare ipsius irrevocabiliter perpetuo ac in ævum eâ videlicet
conditione; quia Vener: Capit: prædictum Dni Capitulares Confratres Nostri di
lecti debeant fovere apud Ecclam præfatam in proventibus bonorum prædictorum
assidue perpetuis temporibus ad prædicandum verbum Dei Presbiterum ad
id idoneum Literarum Sacrarum peritum ac in studio earum promotum
Nec non morum probitate conspicuum; qui in Eccla ipsa Prædicator sit
Ordinarius idemque et Altarista seu possessor Altaris Nostri prædicti. Tenea
turque in Eccla ipsa Cathedrali Viln: omnibus Dominicis ceterisque festis die
bus more aliarum Cathedralium Ecclesiarum ad officium prædicandi Verbi Di
iuxta ritum Sacrosanctæ Romanæ Eccla obeundu. Apud Altare vero
Nostrum prædictum, à Nobis nunc in Eccla præfata fundatum ante quod
et sepulturam Corpori Nostro, cum defunctum fuerit elegimus; Legere
teneat Prædicator et Altarista ipse per se vel per alium absque omni ne
gligentia sub onere Conscientiæ suæ temporibus perpetuis hebdomadis
singulis feria 6ta non obstante etiam festo celebriore; dummodo aliquando omi
seriam eam inciderit Missam de S: Cruce cum prolixiore Passionis Domi
nicæ Evangelio singulorum seriatim 4uor Evangelistarum addita semper
Collecta pro Anima defuncti Sacerdotis et erit officium eius perpetuum
et Altarista ipsius. Cui quidem Prædicatori et Altaristæ protempore
existenti pro huiusmodi officio, onere ac ministerio eius in stipendium
Domini Capitulares tenebuntur perpetuis etiam temporibus Anno quo
libet quadraginta sexagenas grossorum monetæ et numeri Litva-
nicalium et præterea ad vinum et candelas ad ablutionem appara
mentorum octo sexagenas grossorum ex proventibus bonorum
prædictorum hoc est singulis quartalibus seu quatuor temporibus Anni duodecim
sexagenas grossorum Monetæ et numeri eorundem ex proventibus bonorum
prædictorum Territorij Borodicze et villarum Nessedowiczy, Torokanye
Czermiechowiczy Symonowiczy, Broszewiczy, et Lithowskoye solvere
tenebuntur et attendere ut officium Prædicatoris et Altaristæ ipsius
debite jugiter exsolvatur et ut munda et integra semper sint in Altari
prædicto apparamenta et candelæ quantitatis justæ sufficientes, non
perfunctoriæ. Ubi vero sub decursu temporum, vetustate vel casu
fortuito contigerit Altare ipsum apparamentorum eiusmodi repa
ratione vel ab integro nova eorum provisione indigeret, ex eisdem
bonorum prædictorum proventibus reformatio, seu innovatio huius
modi Altari prædicto fieri debet à Patronis Dnis Capitularibus
et Possessore Altaris ipsius, toties quoties opus fuerit.

Ac insuper ex proventibus eorundem bonorum Borodicze Dni Capitulares Plebano
pro tempore existenti in Selna Dioecesis Nostrae Vilnensis iuxta Concordiam
à Nobis, moderno cum Plebano ratione pensionis cuiusdam antiquae initam
sexagenas grossorum duas quolibet Anno Solvere tenebuntur.
Quid quid autem ex proventibus bonorum praedictorum deductis oneribus
exolutis videlicet supra scriptis pecuniarum summis superfuerit
residuum illud totum Dni Capitulares residentes in suas praesentes
et quotidianas refectiones convertant, teneanturque propterea
Anno quolibet in ea ipsa Ecla sua Cathedrali ad Altare S. no
strum diem obitus ~~Vigiliarum~~ depositionis Corporis Nostri Anniver
sarium recolendo, eo ipso Anniversario die officium Vigiliarum
et Missam pro defunctis; Si enim credimus perpetuis etiam
temporibus decantare. Ut autem haec Altaris praedicti
ut praemittitur à Nobis facta fundatio et dotatio debitum
suum mature sortiatur effectum Bona praedicta Boro
dicze cum Villis praenominatis ac omnibus eorum pertinen
tijs Venerabili ipsi Capitulo in realem et Corporalem
possessionem, per actualem in ea intromissionem eius exo
ramus. Concessimus ac omnia quae desuper habuimus jura
et Privilegia Dnis ipsis Capitularibus Contulimus. Atque
in fidem et testimonium omnium et singulorum praemi
ssorum Literas Nostras praesentes manu Nostra propria
subscriptas Sigilli nostri majoris appensione communiri
fecimus. Datum et actum Vilnae feria quarta post
conductum in se hoc Diploma: Anno Dni millesimo
quingentesimo quinquagesimo nono. Praesentibus
Reverendissimo in Christo Patre Dno Joanne etiam
Dei gratia Episcopo Mednicensi; Nec non Generosis
ac ingenuis Dnis Stanislao Włoszek Thesaurario
Serenissimae Majestatis Regiae Praefecto in Lunie et
Szyrmory: Paulo Kasprowicz ab Ostrowce
Vexillifero Osmianensi Judice Palatinatus Vilnensis
Andrea Mikołajewicz Duce et haerede in Giedrowicy.
Advocato Civium Nostrorum Vilnensium; Andrea
Drzewcinski Magistro Stabuli Nostri Joanne Podolski;
et alijs familiaribus Nostris: Nec non Nobili ac Legali
Venceslao Mikołajewicz à Moyszogoła Serenissimae Regiae
Regis Majestatis Secretario Praefecto in Samogicia,
Skierthomensi et Loseynensi, antea publico S. Apostolicae
Sedis Authoritate Notario, qui Litteras praesentes
manu sua propria ad votum nostrum scripsit.

Valerianus Epus Vilnensis
qui supra manu propria.

Lietuvos TSR
CENTR.
BIBLIOTEKA
Mokslų Akademija

Anno MDCXLII. Die V Mensis Augusti à Venera
bili Capitulo Vilnensi, ad Acta Cancellariae Majo
ris M. D. Lithvaniae oblatum.

Albertus Stanislaus Radziwill
Cancellarius M. D. Lithvaniae
manu propria